

ADATTÁR.

GR. LISTHY LÁSZLÓ ÉLETÉHEZ.

Listhynek eddig legterjedelmesebb biográfiáját Dr. Komáromy András írta meg előzőinél jóval több adatkészlettel és kritikával.¹ Hogy a problematikus egyéniséget neki se sikerült kétségbevonhatatlan világításba helyezni, mutatják az álláspontja ellen emelkedett szózatok. Még sok, sok része van e misztikus férfi élettörténetének, a miket csak kézzel fogható adatok tehetnek bizonyossá. Minden adatot — még a legsecskélyebbek látszót is — összekell tehát gyűjtenünk.

Két ilyen egykoru okmányt itt vesz az olvasó. Az egyik Listhynek azon birtokperére vonatkozik, melyet Neuhausi Ehrenreiter György és Wurmbbrand asszony ellen az anyai ágon rá háromlott kaboldi malom iránt folytatott s mely érdekes jogi fejtegetésre s a magyar igazságszolgáltatásba illetéktelenül beavatkozó osztrák bíróság elleni tiltakozásra szolgált alkalmul a nádornak.

A másik okmány Wesselényinek azon pörbe szólító levele, melylyel Listhyt horribilis excessusaiért a pozsonyi káptalannal az 1659 : CXII. t.-cz. alapján 1661. máj. 23-kára törvény elé idéztette. Az idézvény egész borzalmasságában elősorolja Listhynek 1650-től 1661-ig elkövetett főbenjáró gonoszságait.

Ez okmány tehát e részben is nevezetes. De még egy körülményre is felhívja figyelmünket. Mint datuma mutatja 1661. máj. 7-én kelt és adatott ki a nádori kancellariából; holott Komáromy is megjegyzi (id. műve 44. lapján) hogy a királytól már május 2-án rendeletet kapott, hogy a Listhy ellen indított pert függeszsze föl. Komáromy az ügy ezen fordulatahoz olyan magyarázatot fűz, mely Wesselényit a lehető legkedvezőtlenebb színben tünteti fel. Hogy a Komáromy által fejtegetett adóssági ügy sem akadályozta a nádort abban, hogy Listhy ellen legfőbb bírói tisztét teljesítse, legjobban bizonyítja az, hogy a pörbehívó panaszost kibocsátotta még pedig öt nappal azután, hogy a király felfüggesztette az eljárást. A május 2-ka és 7-ke közti időkülömbőség

¹ Listi László Élete. Irod. tört. tanulm. írta Komáromy András. Bpest 1887.

külömben abban rejlik, hogy a nádor a király rendeletét későn kapta meg. Kezembem van Lipót király szóbanforgó rendeletének eredetije,¹ melyre Wesselényi sajátkezüleg ezt írta »9. May 1661. Posony« — azaz érkezett.

E körülmények figyelmeztetnek bennünket, hogy a Listhy ellen folytatott tett birói eljárás megakasztásának okát ne csupán a nádorban keressük, hanem rajta kívül álló tényezők után kutassunk, kiknek érdekében állott, hogy a főúri gonosztevő Bécsben kerüljön hurokra s a magyar igazságszolgáltatás világos megsértésével osztrák jog szerint lásának felette törvényt.

I.

Excellentissime Comes.

Recenter meminisse velis Excellentia Vestra literarum suarum his non ita diu praeteritis temporibus in negotio Domini a Neuhaus et Dominae Urumbranderianae contra spectabilem et Magnificum Dominum Comitem Ladislaum Lisztius a Köpczin per modum querelae ad me exaratarum. Cum itaque idem etiam Dominus Comes Lisztius practaxum negotium ad me deferendo querulose mihi repraesentet, totius rei fundamentalem seriem taliter exponendo: Quod nimirum posteaquam Magnificus olim Ioannes Chorom vita functus fuisset, ejus duae filiae Anna et Margaretha dominium bonorum Kabold post mortem dicti genitoris sui obtinuerunt; inter quas subsecuta deinde divisione dicta Margaretha Chorom portionem suam praefatae sorori suae Annae, aviae scilicet memorati Comitis Ladislai Lisztius, impignoraverat. Qua quidem Anna Chorom pariter fatis cedente inter filios et filias ipsius divisio intercessisset, certamque molam in dominio ipsius arcis Kabold in Comitatu Soproniensi habitam (de qua ipsis partibus lis esset) Magnificus quondam Stephanus Lisztius patruelis ipsius Comitis Ladislai Lisztius jure divisionis obtinuerat et praecitatae Dominae Urumbranderianae et dicto Domino Georgio Erenreither a Neuhaus in et pro trecentis florenis hungaricalibus oppignoraverat. Decedente vero ipso Stephano Lisztius, portio ejusdem et consequenter etiam antelata mola (licet oppignorata) jure successionis in genitorem ipsius Comitis Ladislai Lisztius et per consequens in eundem quoque descendisset. Sic itaque rebus constitutis, dum successores antelatae quondam Dominae Margarethae Chorom portionem ejusdem oppignoratam a successoribus et posteris Annae itidem Chorom prae quorum manibus portio bonorum Margarethae fuisset, redemissent praecipitam etiam molam e manibus dicti Domini a Neuhaus et Dominae Urumbranderianae propter negligentiam ipsorum occupassent, quia scilicet idem Dominus a Neuhaus et dicta Domina Urumbranderiana successores memorati quondam Stephani Lisztius impignorantis ad evincendum se in eadem mola citari non fecissent. Quae quidem mola hoc modo per negligentiam ipsorum occupata ydem Dominus a Neuhaus et Domina Urumbranderiana causam suam

¹ A m. kir. orsz. Levéltárban, a Wesselényi családi iratok közt.

ratione ejusdem molac non hic in Hungaria, ubi bona eadem essent et pars in causam attracta residentiam haberet, sed ad Tribunal Austriacum in praesentiam Excellentiae Vestrae referendo ibidem instituissent. Et dum idem Dominus Comes Lisztius coram Excellentia Vestra non comparuisset, Excellentia Vestra ipsum Dominum Comitem Lisztium propter non comparitionem ipsius in onere acquisitionis dictorum Actorum convicisset, hujusmodique sententiam suam (non obstante eo, quod jam carpentum uxoris ipsius Domini Lisztius et nonnullas res dictus Dominus a Neuhaus et Domina Urumbranderiana Viennae arestassent) civitati Hamburgensi ex bonis ipsius domini Comitis Lisztius in Hungaria situatis executioni demandandam commisisset, prout eadem civitas Hamburgensis certam sylvam intra metas Regni Hungariae sitam occupare vellet et niteretur gravi praejudicio tam ipsius Comitis Lisztius, quam etiam et Regni hujus manifesto.

Unde idem Dominus Lisztius ad me modo praevio recurrendo institit apud me, quatenus Excellentiam Vestram superinde requiram, ut dictos Dominos Actores Excellentia Vestra ad competentes iudices huc in Hungariam relegare velit his ex rationibus: *Primo*, quia ipse Dominus Comes Lisztius nihil penitus domini in Austria possideret et nullo modo jure Austriaco gauderet, quin per omnia Austriacum se esse negaret ex eoque ydem Domini Actores causam suam non coram Tribunali Austriaco sed in Hungaria coram suo iudice competenti, ubi scilicet et bona et persona in causam attracti haberetur, instituere deberent. *Secundo*, quia ipse Comes Lisztius nunquam fuisset requisitus per dictos Dominum a Neuhaus et Dominam Urumbranderianam ad evincendum in praetacta mola, quod ipsis omnino de lege nostra et juxta literas inscriptionales faciendum erat, alioquin si per negligentiam et errorem ipsorum ipsi damnificati essent, non ipsi Domino Comiti Lisztius, sed sibi imputare deberent, cur iuribus suis non invigilassent. *Tertio*. Eundem Comitem Lisztius non esse solum et unum praefati quondam Stephani Lisztius impignorantis successorem, sed plures etiam forent, quos hoc negotium concerneret, ideoque ipse solus damnificare haud posset. *Quarto*. Dato quod in Tribunali Austriaco legitime contra ipsum Dominum Lisztius institutus fuisset processus, adeoque legitime etiam lata esset contra ipsum sententia adhuc nihilominus ex quo idem Comes Lisztius in Austria nulla bona possideret eadem sententia in praesentiam iudicum Regni Hungariae pro debita ipsius executione transmitti debuisset; nam per dominos Austriacos, qui nullam jurisdictionem in bona Hungarica, sic nec Hungaria in Austriaca haberent executioni de bonis ipsius Hungaricis mancipari nullo modo posset. *Demum*, quod si ejusmodi executio per dominos Austriacos de bonis Hungaricis fieret, hoc modo sibi jurisdictionem Hungaricam usurparent et sensim metas et limites Hungariae cum maximo damno et ruina Regni sibi appropriarent; ideo cum per istiusmodi praejudiciosam executionem Regni quoque negotia nimirum metae involvantur nullo modo est admittenda.

Quocirca rebus sic stantibus ex officio meo, quo fungor Excellentiam Vestram amice requirendam esse duxi, quatenus consideratis prae-

missis legitimis dicti Comitis Listius rationibus ad praecavendas inter partes ultteriores dissensiones emergentiaque incommoda, ne etiam per indirectum ejusmodi processum et executionem (quam nullo modo ex officio meo admittere possum) Regni juribus derogari quidpiam possit, velit dictos Dominos Actores, si quid praetensionis habeant, in praesentiam judicum Regni Hungariae, uti competentium jus suum prosecuturos relegare et res ipsius Comitis Lisztius uxorisque suae arestatas dimitti curare, praefatam quoque civitatem Hamburgensem ab executione sententiae suae de bonis Hungaricis fiendae revocare. Alioquin idem Comes Lisztius solemniter coram me protestatus est, quod nisi res suae arestatae ipsi relaxentur et libere dimittantur, dictaque civitas ab executione non supersedeat, pari via sibi satisfactionem impendet et bona sua Hungarica etiam cum moderamine inculpatae tutelae defendet. Spero itaque Excellentiam Vestram praesenti interventioni meae etiam intuitu communis justitiae locum daturam. Quam in reliquo diutissime florentissimam valere cupio. Datum Posony die 20 mensis Augusti Anno 1658.

Excellentiae Vestrae

Servitor paratissimus

Comes Franciscus Wesselényi.

(Eredeti az orsz. Ltárban a Wesselényi családí iratok közt.)

II.

Capitula Posoniensi. — Expositum est nobis nomine et in persona Egregij Magistri Nicolai Majláth uti Causarum Regalium directoris et Sacrae Regni Hungariae Coronae Ficalis. Qualiter superioribus jam dudum retroactis annis et temporibus presertim ab anno 1650 usque ad annum praesentem 1661 nescitur unde motus et qua temeritatis audacia incitatus et inductus Spectabilis et Magnificus Comes Ladislaus Listius Dei et hominum timore postposito legumque severitate contempta et vilipensa varios et horribiles excessus multifariaque maleficiorum genera pro locorum et temporum varietate occasionumque opportunitate perpetrare, literas falsas fabricare, sigilla surreptitia sculpi facere, larvatas personas inducere, sagas et incantatrices in arce Köpcezen in ejus nominis oppido et Comitatu Mosoniensi existente habita frequenter intertenere ac tam ipse personaliter artem magicam et diabolicam exercere, quam per alios exerceri et tractari facere, vitae aliorum tam consangvineorum, signanter autem Spectabilis et Magnifici Domini Ioannis Listius patruelis sui et filiorum ejusdem, quam et extraneorum veneno, incantationibus, praestigij fontiumque et puteorum infectionibus insidiari, complures e medio veneno et laqueo auferre et auferri curare, ac alios etiam nefarios et horribiles actus moliri et perficere praesumsisset, poenas in generali decreto et constitutionibus Regni contra hujusmodi malorum patratores expressas incurrere non formidans. Item qualiter superioribus praetactis temporibus diversis vicibus et annis, primum quidem in anno 1654 circa festum Sancti Georgij militis et martyris eorum vertente praeteritum

certum infantem nomine Georgium eo vero medio tempore fatis cedente, iterum in anno 1656 circa festum Assumptionis Beatissimae Mariae semper virginis alterum similiter infantem Georgium Christophorum (uti praetenditur) Listius nominatos et vocitatos, Generosae et Magnificae quondam Dominae Evae Keczes eotum consorti utpote suae in arce Köpczeniensi in dicto oppido et Comitatu Mosoniensi existente habita in lecto praetextu puerperæ decumbenti supponere et per hoc legitimos suos successores, familiam videlicet Listius masculini sexus veluti fratres con-divisionales non sine manifesto indicio proditiōis fraterni sanguinis, quin et ipsum Fiscum Suae Majestatis Regium in casu defectus seminis dictae familiae Listius indubitatum successorem per hujusmodi suppositionem et substitutionem justo jure legitimæ et indubitatae successionis privare et bonis suis excludere persumpsisset. Ac ut id facinus et ausus temerarius tanto magis tegi et occultari quiret matres veras et naturales eorundem infantium ibidem in dicta arce Köpczen, prolibus in lucem editis, postea clandestine peremisset ac perimi procurasset, poenas similiter in generali Regni decreto superinde constitutas incurrere minime timens. Deinde qualiter in anno 1655 circa festum Sancti Matthei Apostoli et Evangelistae erectum quoddam horreum Egregy Ulrici Liedel ultra pontem magnum Köpczeniensem in horto ejusdem pomario extructum omnino in territorio dicti oppidi Köpczen et Comitatu Mosoniensi habitum; ac praeterea molendinum quoddam ejusdem Ulrici Liedel ad ripam Danubij Szarraz Ret vocatam in territorio Köpczeniensi et antefato Comitatu Mosoniensi versus oppidum Oroszvar fluentis inde currentis existentem extructum et congestum memoratus Ladislaus Listius incendi et comburi facere; posteaquam autem annotatus Ulricus Liedel priori, ut praemissum est, combusto aliud molendinum in loco praescripto denuo extrui fecisset, idem Ladislaus Listius in anno 1656 circa festum Beatae Mariae Magdalenae lychno piceo et sulphureo ad incendendum apto et lateri ejusdem molendini applicato nocte intempesta iterum incendi faciens dubio procul ignis voragine absorberi curasset, nisi ex peculiari providentia Dei molitor ejusdem molendini incendium advertisset ac tempestive extinguere potuisset, poenam in statutis Regni contra hujusmodi incendiaros expressam incurrere vilipendens. Praeterea qualiter in anno 1657. circa festum Sancti Mathiae Apostoli certos hajdones, nominanter vero Ioannem Holez, Jacobum Duk et Henricum Milner predocinium exercere vrsque et fortunis itinerantium insidiari solitos contra jura Regni et signanter articulum 22. anni 1613 scienter intertenere nihil pensi duxisset poenae in eodem articulo annexae et expressae se invadere non formidans. Unde idem fiscalis exponens, ut actor praefatum Ladislaum Listius ratione juxta contenta articuli centesimi duodecimi constitutionis Posoniensis novissimae Dietae Anni 1659 et aliarum publicarum Regni constitutionum contra ejusmodi actuū illicitorum et notiorum patratōres sancitarum ad jus extraordinarium pro 23 et subsequēntibus immediate ad id aptis et sufficientibus diebus praesentis mensis May in liberam ac Regiam hanc Civitatem Posoniensem, in ejus nominis Comitatu existentem per nos indictum et promulgatum

et casu quo in eodem termino levari et discuti finaliterque terminari causa praesens non posset etiam ad alios subsequentes similium iudiciorum terminos et locos imposterum extraordinarie praefigendos coram nobis articulariter et peremptorie in causam convenire ac in praemissis iudicium et justitiam a nobis habere et recipere vellet, lege Regni admittente. Quia vero causae hujusmodi excessuum repetiti Ladislai Listius vigore praescripti specialis articuli per nos caeterosque Tabulae Regiae iudices, quos ad munus haberi peterimus in termino per nos praefigendo jure extraordinario et peremptorie revideri similiterque discuti possint et determinari. Pro eo amicitiam vestram harum serie . . . etc, quatenus praesentes literas nostras memorato Comiti Ladislao Listius per testimonium nostrum fidedignum exhiberi et praesentari faciatis, qui si personaliter reperiri poterit extunc ibidem personaliter, alioquin de domo habitationis seu solita ejusdem residentia vel bonis haereditarijs evocet et admoneat eundem, dicatque et committat eidem in verbo nostro Palatinali, ut ipse in praetactis loco et termino juris extraordinary et articulariter personaliter et non tantum per procuratorem suum legitimum; casu vero quo in eodem termino, eadem causa levare et discuti finaliter determinari non posset etiam in alijs subsequentibus similium iudiciorum terminis post hac praefigendis coram nobis modis omnibus comparere debeat et teneatur rationem de praemissis redditurus efficacem, et a nobis iudicium et justitiam superinde recepturus; certificando nihilominus eundem Comitem Ladislaum Listius ibidem, quod sive ipse termino et loco in praenotatis (vel in casu praemisso in subsequenter posthac praefigendis) modo praevio personaliter et non tantum per procuratorem suum legitimum coram nobis compareat, sive non, nos tamen ad partis comparentis instantiam id faciemus in praemissis, quod juris ordo dictaverit. Et posthaec super hujusmodi exhibitionis, evocationis, admonitionis et certificationis serie simul cum ammoniti, evocati et certificati nomine terminum ad praescriptum ut fuerit expeditionem nobis suo modo fideliter rescribatis. Secus etc. Datum Posony die septima mensis May Anno Domini 1661.

(Eredeti fogalmazvány Wesselényi nádor kancelláriájából a m. kir. országos levéltárban.)

BUZINKAI MIHÁLYRÓL.

A magyar közoktatás és közoktatási irodalom egyik szerény, de buzgó munkásának, Buzinkai Mihálynak életrajzához kívánunk az alábbiakban adattal járulni. Életrajzi vázlatát legutóbb id. Szinnyi József állította össze a »Magyar Írók Élete és Munkái« I. kt. 1432. lapján, követte Bod Pétert, Horányit, Weszprémit, Szombathyt és másokat. E rövid életrajzból is megkap bennünket az a sok szenvedés, küzdelem melyet a hivatásáért élő-haló Buzinkainak át kellett élnie s méltán fölbred kíváncsiságunk, vajjon a számtalan töredelmekért legalább élete

alkonyán látott-e jutalmat, a földi szenvedések, nélkülözések után volt-e része a földi javak örömeiben is?

Az erdélyi fejedelmek ismeretes hitbuzgóságáról és tudományszeretetéről előre feltehetjük ugyan, hogy a vallás és közoktatás terén kitűnt, földi javakban különben sem dűskálkodó hiveik érdemeit nem hagyták jutalmazatlanul. Hasonlóra kell gondolnunk Buzinkainál is, akit — miután a vallási viszályok miatt 1671-ben tanártársával, a szintén hírneves Pósházival és tanítványaival a felülkerekedett kath. reakciótól üldöztetve sárospataki katedrájából futni kényszerült s egy hosszú kemény tél sanyarúságait ide s tova bujdosásban küzdötte át — Apaffy fejedelem pártfogásába vevén s a gyulafehérvári kollegium igazgatójává tevén, bizonyosan gondoskodott arról, hogy hivatásának anyagi gondoktól menten, zavartalanul élhessen.

Föltevésünket igazolja a fejedelemnek Gyulafejérváron 1679. okt. 29-én kelt okirata, melylyel a Fejér vármegyében fekvő Magyar-Igen városban egy házas jobbágytelket adományozott Buzinkainak s feleségének nemes Horváth Mária asszonynak.

Az adományozott telek azonban nem egy tagban volt, hanem három darabra szakadva. Az egyik résznek, a melyen a ház is állott szomszédjai a következők voltak: keletről az ország-út, délről Pereo Groza, északról Pereo Gligor fejedelmi jobbágyok pusztá telkei, nyugatról özv. Váradi Herpályi Gáspárné Zódi Katalin szántóföldje. A másik, kisebb részt egy felől a magyarigeni oláh temető és Ruszkai Kornis Gáspár zálogos földje határolják, más felől az első rész kertjével érintkezik, harmadik oldalon a Kornis Gáspár jobbágyának Hercze Szimulnak a háza érinti s a negyedik oldalon egy út vezet a város legközelebbi malmához. A harmadik részt, mely jelenleg a magyarigeni oláh egyháznál van zálogban, ezek határolják: délről Kornis Miklós jobbágyának Posga másképp Szabó György háza, nyugatról Kornis Gáspár zálogos földje, a többi oldalakról pedig fiskális birtokok.

Az adomány mindazonáltal értékes volt, legalább is értékessé tette a fejedelem az által, hogy 400 frt zálogösszeget táblázott be rája oly kikötéssel, hogy az adományosok életében egyáltalában ki nem váltható, mindkét nemű törvényes örököseiktől is csak az esetben, ha az időközben eszközölt beruházások, pl. építkezés, méltányos becsáron megváltatnak.

Növelte az adomány értékét az által is, hogy — a mint az különben már szokás volt — mindennemű köztelherviselés alól fölmentette és szigorúan meghagyta Fejér vármegye főadószedőjének Borberekí Alvinczy Péternek s a fiskális javak tisztjeinek, tized-kilenczed s egyéb járandóságok szedőinek, végül a magyarigeni előljárásnak, hogy Buzinkait és feleségét, valamint törvényes örököseiket az adományozott birtokban háborgatni ne merészeljék.

Legérdekesebb mégis az adománylevél bevezető része, melyben a fejedelem melegen emlékezik meg Buzinkai érdemeiről, miközben életéből több nevezetes mozzanatot sorol fel:

» benigne attentis — ezek az oklevél szavai — et consideratis praeclaris virtutum meritis et acceptis complacentiis Reverend

ac Clarissimi Michaelis Buzinkai de eadem, collegii nostri Patachino-Albensis sacro sanctae theologiae professoris, Nobis dilecti; quippe, qui posthabita mundi vanitate partem meliorem delecturus laudabili diligentia, dum sedulam liberalibus artibus operam navare coepisset ac tandem perdiscendo memoratae theologiae studio se totum, quantus quantus est, omnes videlicet vires ac ingenium, vitam denique ipsam conatu haud irritò consecrasset excellentis eruditionis suae apparatu probe instructus, primum Sáros Patachino annis quindecim, deinde papanorum insultibus exinde exclusus praemissa vocatione Nostra ad obsequium Nostrum eo, quo par erat, honore et obedientia una cum collega suo Clarissimo nempe Joanne Posaházi artium liberalium magistro et professore, discipulisque suis praefatae scilicet scholae Sáros Patachinae alumnis exulantibus universis ditionem ingrediendo Nostram Nobis ita disponentibus Albensi sesqui octo annorum spatio reformatorum collegiis moderandis praefuisset et praexisteret, pro modo, donoque divinitus sibi concesso, se ipsum fidelem ac in vocatione sua semper studiosum praestare, intellectus integritate ac doctrina vitae, denique sanctimonia et pietate suis praeire discipulis sollicitum sese praebuit. Cujus virtutes tam praeclaras ad uberiorem orthodoxae veritatis propagationem porro animaturi, ipsum non tantum propensa mente colendum, sed munificentia etiam nostra principali, ut exulem regni Hungariae superiorum annorum motibus et disturbiis rebus ac bonis suis universis orbatum, specialiter ornandum ac juvandum volumus, spe freti haud dubia eundem etiam deinceps pari fidelitatis constantia, obsequia sua pro vocationis suae ratione Nobis exhibiturum et impensurum.»

Megemlítettük végül, hogy a beiktatást az e célra kiküldött kancelláriai, vármegyei és községi tisztviselők az érdekelt szomszédok jelenlétében még ez év decz. 2-án szerencsésen végrehajtották, amennyiben ellenmondó nem jelentkezett sem mindjárt a helyszínen, sem a törvényes tizenöt nap alatt.¹

ADAT SIMAI KRISTÓF ÉLETÉHEZ,

1806. febr. 9-én Raab Mátyás a pozsonyi nemzeti iskola rajztanítója huzamosabb betegség után meghalálozván, helyének betöltése iránt pályázat hirdettetett. Az állomásért öt kérvényező jelentkezett: *Simai Kristóf* piarista, körmöczyi rajztanító; *Mauchs Zsigmond* selmeczi rajzmester; *Meidinger Antal*, a ki a betegeskedő Raabot helyettesíté; *Stilpp Antal* magán rajzmester; és *Epplevé János* cs. kir. építészeti hivatal rajzolója.

Bennünket itt közelebbről *Simai* érdekelvén folyamodványát egész terjedelmében közlöm:

Serenissime Regie Haereditarie Princeps,
Archidux Austriae et Palatine,
Excelsum Consilium Regium L. Hungaricum
Domine, Domini, Benignissime, Gratióssimi.

¹ M. kir. Orsz. Ltárban, gyulafevári kptln Prot. Ora et labera 207-216. lap.

Intellecto eo ex fide certis rumoribus, quod in Primaria Nationali schola Poseniensi, fatis functo Graphidis Magistro, enata sit vacantia, infra scriptus, ea qua par est, submissione supplico, dignetur Serenitas Vestra et Excelsum Consilium Regium pro innata sibi Benignitate Gratosum suum annutum eo flectere, ut de praesenti statione mea Cremnitzensi, in eadem qualitate officii Ponium transire, et vacantem Graphidis Magistri cathedram obtinere valeam.

Namque aura haec montana sanitati meae non usque conducit, et quovis fere anni tempore asperae hujus aerae vicissitudines cum notabili afflictione valetudinis meae experior, hinc non parum metuendum habeo, ne, postquam e malo oculi mei, ope Divina eluctatus sum, aliud super veniat valetudinis incommodum, quo impeditus a docendi numere penitus recedere debeam. Nolo hic commemorare, quantos labores in docendis scholis Nationalibus, ac cum primis in schola Graphidis jam inde a 1779 inclusive anno ac proinde annis 27 exautlaverim; neque de fructu, quem spatio tot annorum ex doctrina mea scholares mei ceperunt, quidquam dicere volo. Conatus equidem sum, idque mihi propositum semper fuit, ut omnibus industria mea prodessem, utrum autem, quod sequebar, assequi licuerit, ad iudicium meum non revoco, illos appello, quibus ex doctrina mea felicior vitae conditio obtigit. Ego mihi temere nihil arrogo, neque assentior libenter, bene tamen mereri, de me ipso puto, dum mentem mihi subit, quod ob exactitudinem Doctrinae meae, qua Graphidis Magistri, non tantum superiorum meorum adprobationem, sed et Excelsi Consilii Regii complacentiam pluribus jam vicibus consequutus fuerim.

Et hac spe fultus, exaudiendae petitionis meae homagiali cum cultu Benigus Gratosam Resolutionem expectando emorior.

Serenitatis Vestrae Regiae

Excelsi Consilii L. Regii

Cremnitzii

Humilibus obsequentissimus servus et capellanus

22-a febr. 1806.

P. Christophorus Simai m. p.
e scholis piis Mag. Graphidis.

E folyamodásnak nem lett meg a remélt sikere, mert gr. Szapáry József, a pozsonyi főtanigazgató fölterjesztésében különösen Epplévé Jánost ajánlotta a megüresedett helyre, mint a ki nemcsak kiválóan ügyes rajzoló, hanem a magyar német, tót, latin nyelveknek birtokában lévén leginkább megfelel az 1795-ben jan. 23-án 1602. sz. alatt kibocsátott azon rendeletnek, hogy jövőre olyan tanító alkalmazandó, a ki nem csak a hazai nyelvben, hanem az illető iskola vidékén levő nemzetiség nyelvében is jártas.

A főigazgató elismerte ugyan Simainak érdemeit, melyeket 27 esztendő munkásságával szerzett, mindazáltal korára és beteges állapotára való tekintettel alkalmatlannak nyilvánítá őt egy oly népes iskola ellátására, a milyen a pozsonyi.

És a helytartó tanács, valamint az ndr. cancellaria is magukévá tévén a főigazgató fölterjesztését Epplévé nevezetett ki pozsonyi rajztanítová.

(Orsz. Ltár: 7326, 11484/1806. htt. sz. — 4563/1806. canc. sz.)

DR. ILLÉSSY JÁNOS.